pro dei miſericordia cogitate animo. deuia
reducere ⁊ obliqua in directū. neqꝫ diſſimu
letis vlterius. Non eſt em̄ grandis differē
tia vtrum letum inferas vel admittas ait
Simachus papa ⁊ Innocētius. Error cui
non reſiſtitur approbatur et veritas ſi non
defenditur opprimitur. Ezechielis. xxxiiij.
Sanguinem eius de manu tua requiram.
¶ Hec de prima parte ſufficiant in qua ꝓ
prietas regule beati Auguſtini viſa eſt re=
pugnare. In ſecunda parte videndum eſt
qualiter proprietas impugnatur ꝑ ſacraꝫ
ſcripturam ⁊ canones tam autoritabus q̈
exemplis.

Incipit ſecūda pars huius tractatus.

Religioſoꝝ ſtatus dicit ſanctꝰ L
Tho. ij. ij. qō. clxxxiij. eſt ꝑfe=
ctoꝝ ſicut et epoꝝ. Probat au=
toritate ſaluatoris Math. xix.
Si vis ꝑfectꝰ eē vēde oīa ⁊c̄. Et Lu. x. Ma
ria opti. par. ele. Ad vitā eternā ingredi vo=
lentibꝰ nccīa ſunt p̄cepta. ad ꝑfectōeꝫ ꝯſilia
Hoc idē dicit Dioni. in. v. et. vj. capitulis
celeſtis hierarchie. monachos vel theopē=
tas. i. deo famulantes ꝑfectos vocās. Cō
formiter etiā Paulꝰ ad Coll. iij. Sup om̄ia
charitatē habete. q̄ eſt vinculuꝫ ꝑfectōnis.
Vnūqdqꝫ em̄ ꝑfectū eſt / cum ſuo ꝯiungit
fini. quantū poſſibile eſt. hoc aūt eſt ꝑ cha=
ritateꝫ. j. Joh. iiij. Qui manet in charitate
in deo manet ⁊ deus in eo. Et dioni. de di=
uinis nominibus. Extaſim eſt faciēs diui
nus amor. tranſponēs totaliter amantem
in amatum. ſane tamen intelligendū. To=
tum em̄ et ꝑfectum totalitate diligibilis n̄
diligit̄ niſi ſeipſo deus totalitate diligent̄
ſic niſi a beatis. hoc eſt toto affectu. ſp̄ i de=
um tendere. ſed bene totalitate viatoris q̄ i
affectu nihil habet non ſolum repugnans
charitati. quod eſt pctm̄. quoniā hoc etiaꝫ
incipientibus ⁊ ꝓficientibus cōuenit. ſed
etiā impeditiuum eius vt ſunt ſollicitudo
cura tempalium poſſeſſiones. diuitie pro=
pria voluntas coniugium ⁊ hmōi q̄ abijci
untur religionis voto. Nam teſte Augu.
venenum charitatis eſt cupiditas. Hinc i
collatōnibus patrum inquit abbas moy=
ſes Jeiunia. vigilie. meditatio ſcripturarū

nuditas et priuatio facultatū / non ꝑfectio
ſed ꝑfectōnis inſtrumenta ſunt. nec in ipis
conſiſtit diſpline finis: ſed ꝑ illa deuenitur
ad finem. qꝛ nō om̄is religioſus ꝑfectus ē /
ſed tamen ꝑfectū habet ſtatū. ¶ Prece= D
pta remouēt que charitati ſunt ꝯtraria.
conſilia aūt impedimenta actus eiꝰ. Dicit
Aug. in ench. Quecunqꝫ mandat deus q̄
rum vnū ē nō mechaberis et quecūqꝫ nō
iubet ſed āmonet potius conſilio. q̄ꝛ vnū
eſt. bonum homini mulierē nō tangē tūc
recte fiūt. cum ad charitatē ordinant̄ quia
mox vnit̄ quis deo. j. ad Timo. vij. Finis
p̄cepti charitas. Precepta vt ait Hiero. ad
demetriadem virginem. et ꝓhibitōnes. de
neceſſitate ſunt ſalutis / vt colere deū ⁊ ſab=
batum non occidere non mechari ⁊c̄. quia
mala prohibentur et p̄cipiuntur bona ꝑ il
la. Sed conſilia de conceſſis ſunt ⁊ licitis /
vt eſt libertas voluntatis. vſus carnis ī cō=
iugio poſſeſſiones et diuitie. j. Corin. vij.
De virginibus domini preceptum non ha
bio. conſiliū aūt do. Ab horum abſtinen=
tia voto ſe aſtringit religionis ꝑfectio. quo
ꝑfectius vacetur deo ad augmentū merito
rum victoriam temptionū et maiorē vni=
onem cum deo. Hinc Iſid. de ſummo bo
no. recedere inquit bonum eſt corpe ſꝫ lon
ge meliꝰ voluntate. Et Anſhelmꝰ in libro
de ſiītudinibꝰ. ponit de hoīe vlceribꝰ ⁊ are
nulis pleno. q̄ ſe ligari facit ⁊ ſecet̄ ⁊ ſanet̄.
Et Greg. ſup Ezech. Sicut holocauſtuꝫ
ē ꝑfectiꝰ legis ſacrificiū. qꝛ totū incendit̄. ſic
qui nihil reſeruant ſed ſenſum linguā atqꝫ
ſubſtātiā oīpotenti īmolāt ſolēni voto. vt
deo totaliter ſe mancipent. ꝑfectiorē habēt
ſtatum cuiuſmodi ē religio. Finis ſiqdem
religionis ꝑfectio charitatis. cuiꝰ ſunt im=
pedimēta tria q̄ abijciūt̄ voto libertas ſui.
poſſeſſiōes ⁊ diuitie. ⁊ carnis voluptates
licite ſclaribꝰ. ⁊ ꝓhibite religioſiꝗ tñꝰ ꝑ ab
ſtinentiā hoꝝ ꝑmiſſam opam dꝫ charitati
ꝑfecte. Cōfirmat̄ idipm a ſan. Tho. vbi ſu
pra. Status inqt religionis ē qddā exerciti
um et diſciplina. q̄ ad ꝑfectū itur charitat̄
Ad hoc aūt neceſſariū eſt ab amore mun=
daliū affectum diuertere. vt pꝫ ꝑ Aug. li. x
ꝯfeſſionū. Minꝰ te amat. inqt. dn̄e deꝰ qui
cunqꝫ preter te aliqd amat. Et Math. vj.
Nō poteſt̄ deo ſeruire ⁊ mām̄one. Et Jo

hãnes in canõica. Frẽs nolite diligere mũ-
dũ ⁊c̃. Qm̃ q̇ diligit mũdũ nõ eſt charitas
dei in eo. Et Greg. in omel'. Tanto inq̇t
q̇ſqꝫ minus ſupius diligit/quanto magis
inferius delectat̃. Amor ergo ſiue ꝯcupiã
carnis ⁊ oculorũ ⁊ ſupbia vite p̄pediũt ꝑ-
fectionẽ charitatis dei ⁊ ꝓximi trahuntqꝫ
hoĩem inferius. Sed ꝑ oppoſitũ pauperta
tis votũ. caſtitatis q̊ꝫ ⁊ obediẽtie tẽdit ſur-
ſum in deũ. veluti nihil inferiꝰ hñs qd̊ de E
lectet. ¶ Pauptatẽ ꝯmẽdauit xp̄s caput
eccleſie naſcẽdo. Luc. v. qm̃ a paupe matre
virgine naſcit̃ in ſtabulo. pannis iuoluit̃ ⁊
inclinat̃ in p̄ſepio. In omĩ deniqꝫ vita ſua
relucet pauptas. Nihil poſſidere in ꝓprio
cõmendat vetus teſtm̃. Num̃. xviij. Dixit
dñs ad aaron. In terra eorũ nihil poſſide-
bitis. nec habebitis ptẽ inter eos. Ego ps
et hereditas tua in medio filiorũ iſrl'. Ni-
mis auarus ẽ dicit Aug. cui nõ ſufficit d̊s
Et Hiero. Dñs cum iſtis infimis ps fieri
dedignat̃. ¶ Et Amb. Hi apti ſunt ad re
gnũ celorũ q̇ nullis cupiditatibus occupã
tur. ſꝫ ad futura feſtinãt promiſſa vite cele-
ſtis. Et Gregor̃. Illic cupit animꝰ aſiſte-
re vbi ſe ſperet ſine fine gaudere. Et ad ma
gna p̄mia ꝑueniri nõ p̄t. niſi ꝑ magnos la
bores. Si ꝓpter te dñs ſue renũciat mr̄i cũ
dicit q̄ eſt mr̄ mea et q̇ ſunt frẽs mei? Cur
tu dño tuo cupis añferri? Vñ iuueni que
renti q̊ pacto vitã hr̃et eternã. Rñdit veri-
tas. Si vis inq̇t ad vitã ingredi ſerua mã-
data. Rurſus dicẽte iuuene. Hec oĩa feci
a iuuẽtute. Adiecit. Si vis ꝑfectꝰ eẽ vade
et vende oĩa q̄ habes. ⁊ da paupibus ⁊ ſeq̄-
re me. Hoc ſummope clauſtralibus notã-
dũ. Nõ em̃ ait dñs mãduca. q̇eſce. dormi
fruere delicijs ⁊ honoribus mundi. theſau
ros habeto/vaſa argẽtea. iocalia ⁊ cetera. ſꝫ
dicit vẽde oĩa. nõ ptẽ ſicut Ananias ⁊ Sa
phira. ſꝫ oĩa tua ſupple q̄ habes iuſto titu
lo. Nec ait da ꝓximus/ſꝫ paupibus. Nec
attendendũ dicit Aug. q̇bus monaſterijs
aut indigẽtibus hoc feceris. qm̃ oĩm xp̄ia-
norũ res vna publica eſt. Audiãt paupes
et letent̃ q̄ ſit ps hereditatis eoꝝ. Beati in
quit xp̄s paupes qm̃ ipſorũ eſt regnũ celo
rũꝫ. E cõtra paulus ad Timo. vj. Radix
inquit oĩm maloꝝ cupiditas. Hac cupidi
tate plus hñdi q̄ opus eſt. ſm̃ gloſam ma
giſtri ⁊ dyabolus cecidit de celo in infernũ
et pentes nr̄i primi de padiſo in exiliũ. In
greco aũt habet̃ radix oĩm malorũ philar-
giria. i. amor pecunie. Scribit̃ etiã Eccl'. x.
Auaro nihil eſt ſceleſtius. Et apl's vbi ſu-
pra. Quã quidã inquit appetẽtes errauerũt
oĩno a fide xp̄m deſerẽtes. q̄r in duobus lo
cis nõ p̄ot affectus nr̄ partiri deſideriũ ſuũ
Breuiter diuerſis in locis ſacra ſcriptura
laudat ⁊ approbat volũtariã pauptatem.
In religione ergo q̄ eſt domus dei abijciẽ-
da ẽ oĩs negociatio ⁊ ꝓprietatis poſſeſſio
Nõ ſit inquit Hiero. in domo orõnis/ne
gociatio. nõ poſſeſſionũ amor. nõ cupidi-
tas ne ingrediat̃ Jeſus iratus ſpeluncã la-
tronũ ⁊ mẽſas ſubuertet vẽdentiũ in hora
nouiſſima mortis. Multi inquit. Orige-
nes ſunt in domo dei q̄ eſt eccleſia nõ ſpũa
liter vt ꝓmiſerũt viuẽtes. ſed carnalr̃ ma-
gis. vendẽtes ⁊ ementes qui rarius orõni
debite vacant ſecularibus intenti ⁊ dediti
negocijs. F

Hactenus ꝓprietas colliſa lapidi
bus ſacre ſcripture. ſupeſt eam ꝑ ca
canones ſacros impugnare. extol-
lendo volũtariã pauptatẽ. ¶ Clemens q̄r
tus. xij. q. j. dulciſſimis ⁊c̃. ſic dicit. Cõis
vita oĩbus eſt neceſſaria frẽs. maxĩe his q̇
deo irrep̄hẽſibiliter cupiũt militare. ⁊ vitã
aploꝝum imitari. Cõis em̃ vſus oĩm q̄ in
mũdo ſunt oĩbus eſſe debuit. ſed ꝑ iniqui
tatẽ alius dixit hoc eſſe ſuũ. aliud iſtud. et
ſic inter mortales orta eſt diſſenſio. Deniqꝫ
grecorũ quidã ſapientiſſimus oĩa cõia eſſe
amicorũ dixit. Et ſicut aer ait. aut lux ſolis
diuidi non p̄ot aut mediari. ita nec cetera
quecũqꝫ cõia q̄ data ſunt oĩbus ex natura.
Propter qd̊ dñs ait ꝑ ꝓphetã. Ecce q̄ bo-
nũ ⁊ q̄ iocundũ habitare fratres in vnum
Et apl'i cõem in vnũ duxerũt vitã. Qm̃ vt
in eorũ actibus dr̃. multitudinis credẽtiũ
erat cor vnũ ⁊ aĩa vna. nec quiſq̄ aliq̇d di-
cebat ſuũ. nec erat egens inter eos. Oẽs q̇
domos vel agros poſſidebãt/vẽditis illis
offerebant p̄ciũ ante pedes aploꝝum ſicut
quidã vr̃m cognouerũt ⁊ viderũt nobiſcũ
Ananias aũt vir auſterus ⁊ Saphira vx-
or eius q̄r mẽtiti ſũt nobis p̄ñtibus corrue
runt. Sequit̃. Quapropter vobis cauen-
da mãdamus ⁊ vobis obedire p̄cipimus

doctrinis apłoꝝ ⁊ exemplis. vt ab apłicis
regulis nō diſcedatis/ ſed cōem vitā ducē-
tes adimplere ſatagatis. ¶ Ibidē ſtatiꝫ al-
legat̄ poſt Hiero. ad nepotianū. Clericus
interp̄tet̄ vocabulū ſuū / ⁊ eſſe nitat̄ qd̄ dr̄
cleros grece ſors eſt latine. q2 dn̄s ꝑs eius.
et de ſorte dn̄i ſūt. Talis ergo eſſe dꝫ vt poſ
ſideatur a dn̄o ⁊ poſſideat ipſe dn̄m. Qr ſi
quippiā p̄ter dn̄m poſſideat ꝑs eius non
erit dn̄s. verbi gr̄a. ſi aurū. ſi ſupellectile/ cū
iſtis nō dignat̄ dn̄s fieri ꝑs ei9. Hinc leui
ta non accepit ꝑtem in terra ſicut cetere tri-
bus. ¶ Amb. pn̄ter de fuga ſeculi. hoc in
loco inducit̄. Cui ait: portio ē deus. nihil
curare dꝫ niſi deū. ne alterius neceſſitate et
ſolicitudine impediat̄. ¶ Aug. in eodē lo
co. Nolo ⁊c̄. Due res in vobis pollere de-
bent. conſcīa. ſ. ⁊ fama. Conſcīa eſt neceſſa
ria tibi. fama ꝓximo tuo. Sequit̄ paulo-
poſt. Nulli lꝫ in ſocietate nr̄a aliqd̄ hr̄e ꝓ-
priū. Et ſi qui habuerint faciūt qd̄ nō licet
Sequit̄. Qui hn̄t ꝓpriū vel hr̄e volunt aut
de ꝓprio viuere cōtra p̄ceptū/ nō mecū ma-
nebunt in ſocialē vitā. Malo hr̄e claudos
ꝙ̄ plangere mortuos. ¶ Ex ꝯcilio La
terañ. extra. c. ij. de ſta. monacho. Mo
nachi nō p̄cio recipiant̄ in monaſterio. nec
ꝑmittant̄ hr̄e peculiū. Peculiū hr̄e/ vt dicit
mgr̄ Gerardus magnus in tractatu de ꝓ-
prietate monachoꝝ. nō eſt hr̄e principale
dn̄ium in re ipſa. ſꝫ vt ſeruus ſub dn̄o. ſub
pr̄e filius/ ſub abbate monachus ex licētia
ipſoꝝ ſub q̄bus ſunt. Et tn̄ hoc nūꝙ̄ mo-
nachis ꝯcedit̄ ſm̄ glo. Inno. q̄ eſt lucerna
iuris. niſi ꝑ adiūcta adminiſtratōe. vt ſi fue
rit veſtiarius elemoſynarius vel theſaura-
rius. vel hmōi cōe hn̄s officiū. deſeruiens
vtilitati cōi eccleſie. vt fidelis ſit ⁊ prudens
diſpēſator nō querēs q̄ ſua ſunt/ ſed q̄ oīm.
Qui autē peculiū habuerit niſi ab abbate
fuerit ei ꝓ iniūcta adminiſtratōe ꝑmiſſuꝫ/
a cōione priuet̄ altaris. Et qui in extremis
cū peculio fuerit inuētus. ⁊ digne nō peni-
tuerit. nec oblatio pro eo fiat nec inter fr̄es
habeat ſepulturā. Qd̄ de vniuerſis religi-
oſis p̄cipimus obſeruari. Abbas aūt q̄ di
ligenter iſta nō cauerit. officij ſui iacturam
nouerit ſe incurſurū. ¶ Conſeq̄nter Cle-
mens. iij. paulopoſt ſup quodā canonico
regulari qui in articulo mortis agēs licet a

priore ſuo monitus/ ꝓpriū qd̄ cōtra regulā
latēter habuerat noluit reſignare ⁊ ſic diēꝫ
clauſit/ ⁊ fuit inter fr̄es traditus ſepulture.
Et infra. Inquiſitiōi tue rn̄demus ꝙ ille
canonicus nō tm̄ fuerat xp̄iana ſepultura
priuādus. verū etiaꝫ ſi ſine maxio ſcādalo
fieri potuit. de ipſa ꝓijci dignus ē eccleſia.
¶ Itē ibidē Inno. iij. abbati ⁊ ꝯuen-
tui ſublateñ. Cū ad mōaſteriū ⁊c̄. firmi-
ter inhibem9 ne q̄s decetero mōachoꝝ line
is camiſijs vtat̄. Prohibem9 diſtricte ſub
atteſtatōe diuini iudicij ne q̄s monachoꝝ
ꝓpriū aliqd̄ poſſideat ſed ſi q̄s aliqd̄ ꝓpriū
hꝫ totū incōtinēti reſignet. Et infra. Si ꝓ-
prietas ⁊c̄. apud quēꝙ̄ inuenta fuerit in
morte. ipſa cū eo ī ſignū ꝑditōis ex mona-
ſteriū in ſterq̄linio ſubterret̄. ſm̄ ꝙ b. Gre-
in dial. ſe narrat feciſſe. Vn̄ ſi q̄cꝙ̄ alicui fu
erit deſtinatū. nō p̄ſumat illud accipe. ſed
abbati aut priori aut cellerario aſſignetur.
Sequit̄ in fine. Nec eſtimet abbas ꝙ ſup
ꝓprietate poſſet cū aliq̄ monacho diſpēſa-
re. Quia abdicatio ꝓprietatis. ſicut ⁊ cuſto
dia caſtitatis/ adeo ſunt annexa regule mo
nachali. vt circa eam nec ſummus pōtifex
poſſit licentiā indulgere. ¶ Qr aūt votum
ſolenne religionis indiſpēſabile ſit ptꝫ Le
uit̄. vlt. vbi dr̄. qd̄ ſemel ſanctificatū ē dn̄o
nō pōt in alios vſus cōmutari. Nec face-
re pōt p̄latus q̄n deo ꝯſecratus ꝑ votū reli
gionis obliget̄ ad hoc qd̄ vouit. ¶ Idē
ſentit Bern̄. in li. de p̄cepto ⁊ diſpenſati
one quicquid ait in ſpūalibus in regula ē
traditum in manu non relinquit̄ abbatis.
Et paulopoſt. Neqꝫ em̄ abbas ſup regu-
lam eſt cui ſemel etiā ip̄e ſpōtanea ꝓfeſſio-
ne ſe ſubiecit ⁊ deuouit. ¶ Votum etiam
paupꝰtatis indiſpenſabile oſtendit ſanctus
Tho. ſcd̄a ſcd̄e. q. lxxxix. Grauius em̄ ait
eſt ꝙ̄ piuriū votū fractuꝫ. ex eo ꝙ deo ſoli
votum fit ⁊ ꝓmittit̄. Iuramentū aūt deo
et hoīb9. Scd̄o q2 votum obligat ex fide
litate reddendi deo ꝓmiſſum. Iuramen-
tum v̊o ex reuerentia veritatis que eſt ipſe
Grauior eſt aūt infidelitas ꝙ̄ irreuerentia
ergo ⁊c̄. Et cōfirmat̄ ꝑ eundē in eodem li
bro in materia de voto/ vbi dr̄ ꝙ ſi votum
fiat ſolenne etiaꝫ de impoſſibilibus/ verbi
gr̄a. Peregrinatio egrotis/ elemoſyna pau
peribus. ⁊ hmōi. nihilominus debet ſem-

per haberi ꝓmptitudo volūtatis. quotiēs
occurrit mēorie et facē qđ in ſe ē. ¶ In his
etiā q̄ ꝑ ſe mala ſunt et bñ fieri nequeūt/ di-
ſpenſatō n̄ cadit ſm Bern̄. in ep̄la ad adā
monachū et in li. de p̄cepto ⁊ diſpenſatōe.
cuiuſmodi eſt hr̄e propriū monacho/ q̄ ad
nō hn̄dum ſe aſtrinxit ꝑ votū religionis.
Propriū inquit poſſidere hoī ſeculari lici-
tū eſt. monacho aūt purū malū. Nam vbi
ꝓprietas ibi ſingularitas. vt dicit Bern̄. ad
carthuſ. vbi ſingl'aritas ibi angulꝰ. vbi an
gulus ibi ſordes. vbi ſordes ibi rubigo et
diuiſio ¶ Bn̄dictus. xij. Illis inquit q̄- R
bus incūbit onꝰ de veſtiarijs/ calciamē-
tis. et alijs corꝑis neceſſarijs ꝓuidendi. ſta
tuimus vt hꝰ decēter faciāt tp̄e ꝯgruo iuxta
ſuppetentiā facultatū ⁊ cōditionē regiōis.
Et ſequit̄ modus. Et illud qđ erit dandū
ſingulis canonicis ꝓ veſtiario taxet̄ in an-
nuali. Nō eſt intelligēda hmōi taxa in pe-
cunijs dādis cuilibet ſingillatim. ſ; magꝭ
ſm lr̄am regule/ mḡro veſtiarij qui dꝫ iſta
ꝓuidere in cōi ꝓ omībus illis inꝙ q̄bus
incūbit onus de veſtiarijs ⁊ calciamētꝭ ⁊c̄.
Nam diſtributa cuilibet portōne pecunie
vt iſti falſo opinant̄. ſequit̄ ꝙ nulli incum
bit onus iſta ꝓuidendi in cōi ꝓ ſingulis.
Eſt hoc đ anathemate hiericho aliqđ cu;
achor reſeruare. Achor. i. puertēs ꝓmiſſū
votū. tria de anathemate ꝓhibito ꝯ deum
furat̄ regulā aureā palliū coccineū/ ⁊ trecē-
tos argēteos. i. ꝓpriā volūtatē. carnis vo
luptatē ⁊ diuitias ſeculi. Tot ei modis re-
ligionis frangit̄ ſacr̄m ſed nō eſt tacēda pu
nitio huic ſceleri inflicta. Mox eīn dereli-
cti ſunt filij iſrael a dn̄o et ꝓſtrati ab hoſti-
bus vrbis hay. i. vicijs cūctis deducti in p̄
cipitiū morū. Cū aūt fleret ioſue ſtragem
iſtā. ait dn̄s illi. Peccauit ppl's iſrael. ⁊ pre
uaricatus ē pactū meū tulerūtq; đ anathe
mate/ et furati ſunt et mētiti/ et abſconder̄t
inter vaſa ſua. nec poterit ſtare an̄ hoſtes ſu
os q2 pollutus ē. Et nō ero vltra vobiſcu;
donec ꝯteratꝭ viru; q̄ huiꝰ ſceleris reꝰ ē. In
q̄ innuit̄ ꝙ dn̄s in tota; eccl'iam iraſcit̄ ꝙ
propter vnū ꝓprietariū/ vt dicit autor ſū-
me viciorꝝ ꝓpterea ꝑſequēdus ē talis ne ꝓ-
pter vnum ceteri patiant̄ oīs. Nā vt ait
apl's ad Roma. j. Qui talia agunt ſcelera
ſupple prius enūerata digni ſunt morte. n̄
ſolū qui faciūt ſed qui ꝯſentiūt facientibꝰ.

lxxxiii. di. dicit Symachus papa in decret-
tia. Nō eſt grādis dr̄ia an letu; inferas vel
admittas. Et Inno. ibidem. Error cui nō
reſiſtit̄ approbat̄. Pius eciā papa. Quid ꝓ
deſt ſuo errore nō polluī. qui cōſenſū p̄ſtāt
errāti. Et Amb. in li. đ patia inquit Qui a
ſocio ſi pōt iniuriā nō repellit. tantus in vi
cio ē quātus ille q̄ facit. O formidāda ſnīa
religioſis q̄ ſequit̄ Ioſue. vij. Anathema.
id eſt proprietas in medio iſrael eſt. i. ꝯtem
platiuorū. Non poteris ſtare corā hoſtibꝰ
tuis. donec cōterat̄ qui cōtaminatus eſt hꝰ
ſcelere ⁊c̄. Sequit̄ in fine capituli. Et lapi
dauit achor oīnis multitudo filiorū iſrael
et cuncta q̄ contulerat de anathemate igne
ꝯſumpta ſunt. Potiꝰ proprietarius ī ſeculo
conterat̄ lapidibus correctōis. ⁊ cremet̄ fa
cibus charitatis et zeli dei ꝙ poſt morte;
ſupplicijs diſſimulando deputet̄ eternis.
¶ Scribit̄ ad ꝓpoſitū. ij. Mach. xij. ꝙ L
cū corpa q̄ ceciderant in bello cōtra gor-
giā ydumeū poſt diē ſeptimū iudas paret
ſepelire inuenit ſub tunicis occiſorū de de-
narijs idolorꝝ. qui apud iamiā ceperāt ꝯtra
legē. ⁊ eos comperit corruiſſe ob hāc cām.
Si ergo iudeis viris popl'aribꝰ ta; grauis
vltio cōtigit ꝓ acceptꝭ ſemel et retētis ꝯtra
legē eorꝝ denarijs. quid pfectꝭ viris fiet trāſ
greſſione votorū ſolēniū. nec ſemel ſed per
totā vitā eorꝝ. ¶ Apoſtaſia q̄dā eſt (dic au
tor ſumme viciorꝝ) proprietas monachorꝝ
maior ꝙ relinquere habitū aut exire metaſ
eccl'ie p̄ter p̄lati licētiā. q2 pauptas volūta-
ria magꝭ eſt de ſubſtātia religiōis ꝙ habitꝰ
Religio eīn ordinat̄ ad pfectōe; charitatis
q̄ eſt amor dei vſq; ad ꝯtemptu; ſui. Hr̄e
ergo propriū vt dicit ſan. Tho. ij. ij. q. clx-
xxvj. arg. vij. repugnat pfectōni religionis.
Volūtaria pauptas pacis ē fundamētū vt
dicit Aug. in li. xix. de ciui. dei. Inter frēs
inquit concors ⁊ amica cōſonātia charita-
tis fratne. cū nihil h; vnꝰ qđ nō oēs. Ecō-
trario inter ꝓprietarios rixe q̄tidiane. inui
die. ſuſurractio. detractio. nulla pax nulla
charitas. nulla ſalus. opiniones et brige.
adeo vt q̄cq̄d pl; vni diſplicet alteri. Hic
ſciſſure et diſcordie. inequalitates in habi-
tu et victu hic abiecte. hic curioſe induitur
hic vt dominꝰ vt ille vt ſeruus. hic vt pau
per. ille vt diues incedit. hic eſurit. ille ebri-
us ē. hic aurū ꝯ votu; poſſidet. ille debitis

multis obligat̄. et oīa delapidat ⁊ expēdit. Et ſic fraudat̄ intentio fundatoꝝ. ꝯtēnit̄ eccleſie inſtitutio. vilipendit̄ euangelica in ſtructio. negligit̄ propria ſalus. ⁊ lumē pfe cte religionis quondaꝫ in eccleſia radians maioꝛi pte modernis tpibꝰ ꝓh dolor ob- ſcuratur ne dicam extinguit̄. Et hec de ſe- cundo membro dicta ſunt.

Incipit tercia ps M huius tractatus.

EXcuſſis vtcunqꝫ telis duobꝰ ex pharetra. inculti ꝗ̄ exposceret or do et dignitas materie. ſupeſt ac cedere ad terciū q̄ ꝑ viribꝰ refellē de ſūt ꝓprietarios obiectōes. ¶ Primo ſi quidē loco quoddā palliamento fallere vi dent̄. dicētes veſtiariū nō eē ꝓpriū. ſꝫ ma- gis ꝓcuratio. qđ abuſio ē nois. Nā ꝓcura re ꝓ alijs. ꝓprietariꝰ āt pro ſolo curat. Iteꝫ ꝓcurator veſtiarij ꝑ regulā dꝫ eē cōis ꝓ oī bus. iſti aūt ꝓ ſe tm̄. In q̄ ꝯriant̄ regl'e nec nō et voto pauptatꝭ. In deu. xxiij. ca. ſcri- bit̄. Cū votuꝫ vouerꝭ dn̄o deo nō tardabis reddere. qꝛ requiret illud dn̄s deꝰ tuus. Si moratus fuerꝭ reddere imputabitur tibi in pctm̄. Et paulopoſt. Qđ ſemel egreſſum ē de labijs tuis obſeruabis ⁊ facies ſicut pro miſiſti dn̄o ⁊c̄. Et Malac. j. Ad vos o ſa- cerdotes q̄ deſpicitꝭ ⁊c̄. Et infra. Et offertꝭ ſup altare meū panē pollutū. Et paulopꝰ Non ē mihi volūtas in vobis/ dicit dn̄s exercituū. et munꝰ nō ſuſcipiā de manu vrā Sequitur in fine Maledictꝰ doloſus q̄ hꝫ in grege ſuo maſculū et votū faciēs imola bit debile aīal. Maſculū vouit dn̄o regu- larꝭ cū pauptatē deſpōſauit ſꝫ debile reddit q̄ adhuc ſeruat propriuꝫ. ¶ Irridere ne eſt Aug. prēm dicentē in exordio regl'e. Hec ſunt q̄ vt obſeruetis ꝑcipimꝰ ⁊c̄. Et ſeqtur Et nō dicatꝭ aliqd propriū. ¶ Scđo ob N ijciūt cōſuetudinē tanto tpe. et a pſonis tā diſcretꝭ et eruditis/ et in tot monaſterijs obſeruatā. Quibus rn̄det regula iurꝭ dicēs ꝗ poſſeſſor male fidei nullo tpe pſcribit. et Aug. in ench. xxxvj. Nr̄is ait tpibꝰ multa mala ita in aptā cōſuetudinē deuenerūt vt aut pua. aut nulla eē credant̄ q̄ magna atꝫ horrēda ſūt. vſqꝫ adeo vt nō ſolū nō occul tāda. verūetiā pdicāda ⁊ diffamāda videat̄

Iteꝫ idē ſup illud ad Gal. Timeo ne for te ſine cā laborauerī ī vob. exclamare inqt compulſus ſum Ve pctīs hoīm. qꝛ ſola in uſita exhorreſcimꝰ. Uſitata vo ꝓ qbꝰ ab- luendis filij dei ſanguis effuſus ē. ꝗuis tā magna ſint vt oīno claudi ꝯ ſe regnū dei fa ciāt. ſepe vidēdo oīno tolerare et ſepe tole- rando etiā facere cogimur. ¶ Iteꝫ ī ſer O mone qrte dn̄ice aduētꝰ. Nolite inquit peccata contēnere in quibus forte iam con ſuetudinē feciſtis. Omne eniꝫ pctm̄ conſue tudine vileſcit. et fit homini quaſi nullum Ilico vt obduruit iam dolorem perdidit et putre eſt nec amplius dolet. quod auteꝫ non dolet non pro ſono habenduꝫ eſt. ſed magis pro mortuo computanduꝫ. Cum vlcus pungitur et dolet. aut ſanum eſt aut adhuc ſpem habet ſanitatis. Cum autem pungitur et non dolet pro mortuo haben- dum eſt. et de corpe pſcidendū. Dicant igi- tur proprietatꝭ defenſores q̄ vouerūt paup- tatē an cōſuetudo iſta eos excuſet. ¶ Sꝫ di- cent forte ꝗ papa vel eccīa cū eis ſup hꝰ di- ſpēſauit. Audiāt papā Inno. expſſe dicētē Abdicatō inqt ꝓpetatꝭ. ſicut ⁊ cuſtodia ca- ſtitatꝭ adeo ē ānexa regl'e mōachali vt nec ſū mus pōtifex poſſit circa eā diſpēſare. ergo a fortiori nec generale capl'm ordinis. nec ab bas pōt indulgere licētiā. cuꝫ papalis ptās excedat oēm ptātem inferioꝝ pꝰ xp̄m. vt hꝫ diſ. xciij. cyprianꝰ et xij. nō decet. ¶ Qr P autē votum hoc nō ſeruetur multis in locis a pluribus ānis et magnis viris nō excuſat. ſꝫ magꝭ aggrauat. Inoleuit āt hoc ex negligētia platoꝝ in ſalutꝭ eoꝝ periculū. Nihil magꝭ diſſonū rōni ꝗ hitū ordis ge- rere extenꝰ ī oculis hoīm et ſtatū pfectōnis ſimulare. interiꝰ aūt vota ſaluti nccīa infri- gere. Rōnalis ē cōis ꝯſuetudo q̄ a iure ap- probat̄ dic Io. in ſum. cōfeſ. li. ij. ti. vj. Et quā romana eccīa ſeruat. aut pcipit ſeruan dam. Irrōnabilis aūt vel iniq̄ nō pſcribit. Inno. di. ꝗ rōnabilis illa dꝛ q̄ n̄ obuiat ca nonicꝭ inſtitutis. aut quā ius ſuſtinet. Ir- rōnabilis aūt q̄ ꝯ canonū inſtituta ⁊ a iure improbat̄. cuiuſmodi eſt ꝓprietas int̄ reli gioſos. Ait. n. Greg. cuidā epo. Si ꝯſuetu dinē opponis. tibi ē aduertendū. ꝗ dn̄s in euang. Io. Ego ſū veritas. Nō ait. Ego ſuꝫ conſuetudo. Qm̄ cypriani martyrꝭ ſnia ē ꝗ.